Q. D. B. V.

PRODVCTIONEM DOCVMENTORVM IN JVDICIO,

QVAM

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,

REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,

DN. PLACIDO,

REGALIS MONASTERII S. S. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI ORD. S. BENEDICTI INTRA ERFORDIAM ABBATE, PRÆPOSITVRÆ ZELLENSIS ET IN FRANCKERODA AD VVERRHAM DOMINO, S. FACVLT. THEOLOG. ASSESSORE PRIMARO, ETC.

AVTORITATE ATQVE CONSENSV

ILLVSTRI JCTORVM ORDINIS,

PRÆSIDE

JOHANNE HEINRICO Meiern/

JCTO,

EMINENTISS. PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIAR. REGIMINIS; PROFESS. DECRET. PVBL. FACVLT. JVRID. ET JVDICII ELECT. PROVINC. ASSESS. EMERIT. NEC NON ALMÆ VNIVERSITATIS SEN. ATQVE DECAN.



PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE CAPESSENDI HONORES

PVBLICÆ CENSVRÆ SVBMITTIT,

FRIEDR. AVGVSTVS Schneider/

Isleb. Sax.

DIE VII. JVNII M DCC XXVIII.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

CONSPECTUS DISSERTATIONIS
DE
PRODUCTIONE DOCUMENTORUM IN JUDICIO.

§. 1. *Productionis documentorum materia est æque necessaria ac probatio ipsa.*

§. 2. *Quomodo accipiatur & quid sit?*

§. 3. *Dividitur productio vel in originalem vel copialem, & quando utraque facienda.*

§. 4. *Tria producens intra terminum probatorium observare debet, ut 1) copias documentorum offerat, 2) tenorem illorum in certos articulos probatorios redigat & denique 3) illos transmittendos curet.*

§. 5. *Permissum quidem est, documenta originalia cum ipso libello vel articulis exhibere, sed post L. C. denuo reproducenda & aut ipsum originale, aut copia in actis relinquenda est.*

§. 6. *Si copiam saltem exhibuit, in ipso termino copias istas sub præjudicio originalibus corroborare tenetur.*

§. 7. *Integrum tamen documentum exhibere non tenetur; sed vel pars saltem, per quam suam intentionem probare intentit, exhibetur.*

§. 8. *Vel protestetur velit in passibus utilibus saltem uti, & quando protestatio hæc locum habeat.*

§. 9. *Licet quoque producenti intra septiduum, interdum etiam post publicatas attestationes documenta producere, si delationem in termino petierit.*

§. 10. *Vel si documenta noviter sint reperta, licet sententia vires rei judicatæ sit conse-*

)(cuta

cuta mediante vero jurejurando.

§. 11. *Culpam vero jurejurando suo declinare non debet.*

§. 12. *Interdum etiam editio ad fundandam & probandam actionem vel ab Actore, vel Reo petitur, & quando fieri debeat.*

§. 13. *Editio injungitur prima vice alternative, si emaneat producens, petit, ut documenta habeantur pro editis &, pro re nata, pro recognitis, vel articuli pro concessis.*

§. 14. *Si tertius possideat, compulsoriales, vel requisitoriales ad instantiam partis emittuntur.*

§. 15. *Productione semel facta, denuo produci non debent.*

§. 16. *Producta vero documenta aut sunt recognoscenda, aut diffitenda, & quomodo recognitio fiat?*

§. 17. *Ejus peragendæ necessitas, & quænam instrumenta sunt recognoscenda?*

§. 18. *Publica instrumenta vel etiam recognita, vel duobus testibus subscripta excipiuntur.*

§. 19. *Cessat quoque recognitio in quibusdam aliis documentis.*

§. 20. *Reliqua vero omnino recognoscenda sunt.*

§. 21. *Recognitionem diffessione declinare potest; est autem in persona facienda.*

§. 22. *Nisi sit pupillus, quo casu aut Tutor juramentum præstat, aut juramentum usque ad annos pubertatis differtur.*

§. 23. *Si suspitio falsi se exerit, productus manum & sigillum recognoscit, contenta vero diffitetur.*

§. 24. *Juramentum vero diffessionis neque referri, neque per probationem declinare potest.*

§. 25. *Effectus juramenti diffessionis.*

Q. D. B. V.



Q. D. B. V.

§. I.



Vod ſæpiſſime jus ex facto dependeat, facta vero non præſumantur, ſed probanda ſint, adeoque, niſi de facto conſtet, innane ſit, omnibus, niſi hoſpitibus in Jure notum eſt. Facti vero veritas neque ex alterius affirmatione, neque negatione æſtimanda, ſed legitimis potius mediis oſtendenda. Hinc maximam probationis in vita Civili eſſe neceſſitatem ac utilitatem, ſatis ſuperque liquet. Cumque vero inter probandi media etiam documenta referuntur, per quæ judici fidem ac deciſionem cauſæ partes faciunt, productio autem probationem præcedere debet, FIBIG. *ad Proc. P. 1. c. 2. p. m. 240.* quia documenta, niſi factâ productione nihil probare queant; de ignotis enim neque judicat Paulus Apoſtolus, neque JCtus, hinc ſole meridiano clarius eſt, productionis documentorum materiam in foro valde neceſſariam ac utilem eſſe.

§. II.

Cum vero in unaquaque re ordo ſervanda ſit omnesque ferme JCti ac Philologi docent, ut prius verborum *l. 1. de J. J. l. 1. de Reb. Cred.* quam rerum habenda ſit ratio; licet tractatio rerum verborum potior ſit *l. 17. ff. de Legib.* hinc Socrates apud Epictet: argute diſputat, principium eruditionis intelligentiam eſſe; & hoc non ſine cauſa, ſiquidem perceptio nominis ad perceptionem ipſius rei nos provehit. Audit itaque documentum ſ. inſtrumentum *l. 1. ff. de fide Inſtrum.* vel literæ *l. 1. C. de jurejur. propt. Calumn.* vel ſcriptura *l. 11. C. qui potior. in pign. C. 1. X. de fid. inſtrum.* vel ſcriptum *l. 17. C. de fid. inſtrum. C. 2. X. eod.* qua producens ſe quaſi munit contra adverſarium *C. 1. de Apellat. in 6to.* Germanice: *Brieffliche Uhrkunden.* Accipitur autem documentum in ſenſu generaliori pro omni eo, quo cauſa inſtrui poteſt, ut ideo tam teſtimonia, quam perſonæ inſtrumentorum loco habentur, *l. 1. ff. de fid. inſtrument.* Hic vero accipitur pro ſcriptura ad rerum geſtarum judici fidem facta, & notat tam teſtimonium proprium, quam aliorum. Quod vero verbum *productio* attinet, idem eſt ac repræſentatio, vel oblatio teſtium, vel documentorum, productionis & reſpective ſalvationis ſcriptura dicitur, quam producens ad defendendam probationem in judicio offert. Verum enim vero, quia nimia verborum ſubtilitas inutilis *l. un. C. ut act. & ab hæred. & Contr. hæred. incip.* & non ſermoni res ſed rei ſermo ſubjectus *C. 6. X. de V. S.* ad definitionem ipſam vel potius deſcriptionem progredior. Eſt itaque productio documentorum actus judi-

judicialis, quo producens ob necessitatem ad res inter ipsum & productum gestas probandas post L. C. in termino instrumenta & articulos probatoriales, vel reprobatoriales offert, quo judex arbitrari possit, an productus recognitione, vel diffessione facta, vel non facta absolvendus, an condemnandus sit.

§. III.

Fit autem productio documentorum vel in originali, vel in copia; hæc est, quando documenta authentica describuntur in judicioque offeruntur, *O. P. S. Tit. 24. §. 1. Const. El. 17. P. 1.* quæ oblatio fieri debet intra terminum probatorium, qui terminus tam stricte & accurate observandus est, adeo, ut ne latum quidem unguem ab eo recedere liceat; hoc enim neglecto, ad probandum ulterius non admittitur, licet postea in termino productionis originalia exhibere paratus sit, CARPZ. *Proc. tit. 14. art. 1. n. 10.* Formæ enim omissio totum vitiat actum CARPZ. *c. l. n. 5.* Quia vero copia nihil probat, ad exemplaria enim nihil facere possumus, si non producatur scriptura authentica *C. 1. X. de fide instrum. l. 7. & authent. si quis in aliquo C. de Edend. l. 2. ff. de fid. instr.* ibique BRVNNEM. *n. 1.* FRANCISCI PFEILS *Cons. cons. 162. n. 5.* hinc necessario productio originalis hanc sequi debet, dicitur autem hæc quando verum exemplar & matrix in judicio ad recognoscendum exhibetur, hæc productio regulariter in termino & in prima statim positione peragenda est. vid. Dn. D. RIVIN. *ad Proc. Tit. 24. En. 8.* FIBIG. *ad Proc. P. 1. c. 2. p. m. 240. lit. y.* Cum postea

 pro-

probationes nullas omnino *Conſt. El. 17.* admitti velit: MÖLLER. *ad cit. Conſt. El. n. 3.*

§. IV.

Qui documentis itaque probationem peragi intentit, probe obſervare tenetur, ut intra terminum probatorium adhuc copias documentorum offerat & tenorem illorum in certos articulos probatorios redigat, quo ſtatim judici & reo quaſi in compendio innoteſcere poſſit; quibus ex verbis inſtrumenti fundamentum actionis, vel exceptionis probatum velit. Articuli enim ſunt pars intentionis continentes id, quod actor probare intentit GLOSS. *in C. 2. §. teſtes. de teſtibus in 6to,* hisque articulis, documenta inducta, uti practici loquuntur, in copia apponuntur *O. P. S. Tit. 24. §. 1.* inducta vero documenta nullis aliis ſignis, quam literis, numeris & planetis conſignanda ſunt, niſi in pœnam 5. th. incurrere cupit *O. P. S. R. c. tit. §. 2.* ſi documenta in copia appoſuit, promittit producens, quod velit in termino copias iſtas cum originalibus corroborare. Conſultum enim non eſt, ut ab initio ſtatim originalia exhibeantur, cum illa ex malitia, vel hominum negligentia, vel caſu quodam fortuito amitti poſſunt. Curet autem hos articulos & copias parti adverſæ transmitti, quo interrogatoria conficere, ea denique in termino productionis exhibere queat, *O. P. S. Tit. 20. pr. & O. P. R. tit. c. §. 8.* ſi transmiſſionem neglexit pars adverſa recognitionem declinare poteſt, absque eo enim producta non dicuntur & conſequenter non probant MOLL. *ad Conſt. El. 17. n. 9.* CARPZ. *ad Cit. Conſt. El. d. 2. n. 2.* ſed productus opponit exceptionem non communicatorum documentorum.

torum. vid. LVDOV. *Introduct. in Processf. Civ. C. 17. §. 4.* pœna quidem desertionis vix eo extendi debet, quæ sine dubio cessat, si producens transmitti potierit, Judex vero s. Actuarius transmittere neglexerit, prout pronunciavit Facultas Jurid. Witeberg. Mens. Jan. ad 1712. teste GRIEBNERO *princip. Processf. judic.* TITIVS *in Jur. Priv. Rom. Germ. L. 12. c. 8. §. 12.*

§. V.

Integrum quidem est producenti, an documenta cum ipso libello originaliter, an in copia producere velit; licet consilii non sit, ut originaliter illa exhibeat, *uti §. præc. monitum*; verum si hoc fecerit post litis contestationem eadem documenta in vim probationis sunt reproducenda, *O. P. S. Tit. 24. §. 3.* CARPZ. *P. 1. c. 17. d. 9. n. 6.* RIVIN. *ad O. P. S. Tit. 24. n. 3.* Doctores quidem multum inter se disceptarunt, an reproductio verbalis, qua producens se refert ad documenta ante litem contestatam ab se una cum libello producta, sufficiat, an vero reali opus sit, CARPZ. *P. 1. Const. El. 17. d. 9. n. 7.* & *idem in Proc. Tit. 14. a. 1. n. 44. 48.* BERL. *P. 1. Conc. 43. n. 39.* desiderant realem reproductionem, à quibus tamen dissentit RIVIN. *O. P. S. Tit. 25. n. 4.* & verbalem reproductionem sufficere censet, sententiamque suam præjudiciis corroborat, nostris vero temporibus res est decisa, cum Potentissimus ac Serenissimus Elector. Saxon. in *O. P. S. R. Tit. 24. §. 1.* verbalem saltem reproductionem requirit, adeoque sententiam Dn. D. RIVIN. confirmavit; hac tamen limitatione, ut si documenta illa à parte adversa jam producta sunt, aut aliis in actis continentur, ut ad illa se referat foliaque actorum illorum

 rum

rum illorum accurate alleget, si allegatio falsa est, documentis quidem non privatur, ast.5.th. punitur; attamen non sufficit documentum originale producere & reproducere etiamque petere, ut copia transmittatur, nisi & penes acta, vel ipsum originale, vel copia vidimata relinquatur *O. P. S. R. Tit. 25. §. 1.* nam, si in actis neque copia, neque originale documentum extat, licet in libello documenti mentio facta sit, productio documentorum habetur pro deserta, prouti pronunciarunt Scabini Lipsiens. *in causa* der Vorsteher des Hospitals zu St. Johannis *contra* Christian Friedrich Strauben, *d. 7. Novembr. 1687.* vid. Dn. D. RIVINI *Tit. 24. en. 2.*

§. VI.

Si vero copiam saltem documenti exhibuit, incumbit ipsi, ut in termino productionis documentorum documenta, quibus intentio sua nititur, originaliter producat copiasque adductas ad minimum in secunda positione originalibus corroboret, elapso enim hoc termino, documenta produci nequeunt, sed probatio est deserta & producens causa cadit. *O. P. S. Tit. 24. princ. & O. R. eod. Tit. §. 7. & Tit. 25. §. 1.* Terminus autem hic jure Saxonico ad certam temporis spatium, sc. sex hebdomadum triumque dierum est restrictus, *O. P. S. Tit. 20. §. 1. Const. El. 16. P. 1.* & est peremtorius, *O. P. S. Tit. 24. §. 1. Const. El. 17. P. 1.* & currere incipit à momento rei judicatæ in momentum, terminus vero à quo est momentum illud, quo sententia per quam probatio alicui injuncta est, vires rei judicatæ est consecuta, *O. P. S. Tit. 20. §. 1.* CARPZ. *Proc. Tit. 13. art. 1. n. 56.* id quod *O. P. S. R. Tit. 11. §. 2. & Tit. 20. §. 1.* appro-

batum

batum eſt, hac tamen limitatione, ut ſi ad legitimationem ad cauſam, vel in actione negatoria ad probandum dominium interlocutus fuerit Judex, tunc demum currere incipiat, ſi quæſtio hæc ſit deciſa. Et notandum, quod contra ejusmodi ſententiam, in qua probatio injuncta eſt, nulla admittatur leuteratio, vel appellatio niſi ſingularia gravamina ad ſint *ead. eod. §. 2.*

§. VII.

Inſtrumenta itaque in termino probatorio producenda ſunt, neceſſe tamen non eſt, integrum exhibere documentum, quia ſæpius in uno alteroque inſtrumento diverſæ pertractantur materiæ, quæ interdum producenti nocumento eſſe poſſunt; omne enim productum per producentem cenſetur approbatum *C. 6. X. de Eexception.* MOLLER. *L. 1. ſem. c. 22.* Hinc, ſi pro obtinendo jure ſuo ea producere neceſſe habet, conſultum eſt, ut partes, quæ cauſam attingunt, producat, cogi enim non poteſt, ut integrum exhibeat documentum *l. 10. §. 2. ff. de edend. C. 5. X. de fid. inſtrument.* CARPZ. *in Proc. Tit. 14, a. 1. n. 28.* modo introitum, finem, h. e. diem & conſulem & ſubſcriptionem articulis opponat, *O. P. S. R. Tit. 24. §. 2.* retinenda tamen ſunt ipſa documentorum verba, non autem pro lubitu producentis inde ſumma conficienda eſt, cum ea facile ſecus, ac inſtrumento ſingula continentur, componi queat, BERGER *El. Diſc. For. Tit. 24. obſ. 1. n. 2.* Caveat tamen, ne quid omittat, quod ad probationem inſtitutam pertinet, quia extractus ille ſuppleri non poteſt, ſed id tantum probat, quod excerpſit atque produxit *O. P. S. R. Tit. 24. §. 2.*

§. VIII.

§. VIII.

Interdum annectitur protestatio, se, sc. producentem, in passibus tantum utilibus producturum & protestaturum, ne productus contra ipsum uti possit; quæ cautela cautis & prudentibus advocatis est usitatissima, qui, licet nihil adhuc clienti suo in instrumento adversum sciant atque metuant, attamen majoris cautelæ gratia adjiciunt protestationem, ob in signem, quem præstat usum ac effectum, productus enim hoc instrumentum tunc pro se allegare nequit, MEV. *P. 7. Dec. 346.* BERL. *P. 1. d. 38.* agentium enim actus ultra intentionem eorum non operantur. Ast hæc cautela cum grano salis & de capitalis saltem separatis, non vero connexis, accipienda esse videtur; nam, si producens absque adjecta protestatione instrumentum exhibuit, omnia in eo contenta, etiam separata capitula confiteri censetur, ideoque plene probat, quod secus in capitulis connexis, quibus hæc cautela nullum habet effectum, nam in connexis non potest quis pro parte acceptare & pro parte improbare instrumentum MEV. *P. 7. Dec. 347.* & qui instrumenti parte pro se utitur, pati debet, ut totum contra se ipsum valeat in capitulis non diversis. MEV. *c. l. n. 1.* BERLICH. *P. 1. conc. 43. n. 21.* Quo elegans Imperatoris Justini dictum referri potest in *l. 13. C. de non numer. pecun.* Nimis indignum esse judicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare testimonioque proprio resistere. Porro patitur limitationem, si sc. producens instrumentum illud produxit una parte litigantium absente; si enim pars adversa præsens

est,

eſt; & idem inſtrumentum pro ſe producit, tunc, hoc non obſtante proteſtatione pro eo quoque fidem facere cenſet CARPZ. *P. 1. Conſt. El. 17. d. 8.*

§. IX.

Quamvis vero omnes ferme practici, regulam eſſe, tradunt, quod in termino & in prima ſtatim poſitione documenta ſint exhibenda, fortaſſis hanc ob cauſam, quia terminus probatorius ſit peremtorius, *Conſt. El. 17. P. 1. O. P. S. Tit. 24. §. 1.* adeoque eo neglecto, probatio etiam ſit deſerta: Verum enim vero, cum nulla regula ſit ſine exceptiene, hinc ſufficere etiam cenſent, intra ſeptiduum productionem fieri non præciſe primo termini die, nec in poſitione prima, uti pronunciavit Juridica Facultas Witteberg. *anno 1711.* conf. Dn. D. RIVIN. *ad O. P. S. Tit. 24. en. 8.* Imo etiam poſt publicatas atteſtationes extenditur, quia in his non verſatur ſubordinationis metus, quemadmodum inteſtibus, MYNSING. *Cent. 6. obſ. 56. n. 1.* GAIL. *L. 1. obſ. 105. n. 4.* præprimis ſi juſta & rationabilis cauſa productionem impediverit, quo minus illa debito tempore fieri potuiſſet, tunc omnino producens, ſi originalia ad recognoſcendum adhuc producere velit, ne, citra culpam, jure ſuo defraudetur, audiendus; maxime, ſi producens ſumtus adverſæ parti reſtituere paratus ſit, prouti ſtatuit. CARPZ. *d. Conſt. El. 17. d. 11. n. 4. & P. 3. dec. 232. & in Proc. Tit. 14. art. 1. n. 16. ſeqq.* Conſultius vero eſt, ſi ob unum alterumque impedimentum productio fieri nequeat, ut producens prorogationem in termino petat, quæ dilatio etiam productus ſive velit, ſive nolit conceditur. *O. P. S. Tit. 20. §. 4. 5.* CARPZ. *P. 1. Conſt. El. 16.*

d. 1. TITIUS *in Jure privat. Rom. Germ. L. 12. C. 8. n. 4.* EIBIG. *Proc. P. 1. c. 2. §. 16. p. m. 240.* incumbit tamen producenti, ut impedimentum suum allatum secundum modum in *Resol.* GRAV. *de anno 1661. tit.* von *Justitien* Sachen; & in Mandato Electorali *de dato* Dippoldeswalda *d. 18. Febr. 1691.* praescriptum in continenti & ad minimum, aliquo modo probet. *O. P. S. R. Tit. 20. §. 3.*

§. X.

Porro fallit assertio supra dicta de instrumentis intra terminum probatorium exhibendis, in documentis noviter repertis, quae quis ante latam sententiam & jure suo adhuc integro ignoravit, haec instrumenta etiam post terminum probatorium elapsum, imo non tantum post conclusionem causae, sed etiam post sententiam vires rei judicatae consecutam possunt produci. MOLLER. *ad Const. El. 16. p. 1. n. 19.* MYNSING. *Cent. 2. obs. 53.* mediante sc. restitutione in integrum ex clausula hac generali si qua justa causa mihi videbitur. *l. 1. & 26. quib. ex caus. Major. 25. ann. in integr. restit.* MOLLER. *c. l.* Verum non tantum sufficit, si asserat, se antea non habuisse, sed demonstrare vel saltem juramento obtinere tenetur, se durante fatali nullam habuisse notitiam, sed post terminum demum illa obtinuisse O. P. S. *tit. 24. §. 1.* verb. Es wäre denn Sache MOLLER. *c. l.* CARPZ. *Const. El. supra alleg. 16. d. 6. n. 4.* quod juramentum admittitur propter difficultatem probationis MOLLER. *c. l. n. 20.* Nam, quae in conscientia alicujus consistunt, solae ipsius juratae assertioni sunt committenda, CARPZ. *c. l. n. 5.* idem *in Proc. tit. 14. art. 1. n. 38.* MOLLER. *c. l. n. 21.*

§. XI.

§. XI.

An vero culpam præterea, h. e. daß er angewandten Fleisses ungeachtet solche nicht erlangen mögen/ producens jurejurando suo declinare debeat pro & contra disputatur; recepta pronunciandi formula in Senatu Appellationum Dresdensi id asserrere videtur. Sic enim pronunciatum fuit Termin. Trinit. & Martin. 1651. *in causa* Albrecht Thosens Kinder *contra* die Gebrüder von Beilwitz, würde Kl. Eydlich erhalten/ daß sie die anjetzo sub sign. ☉ & ☾ producirte Documenta bey Verführung ihres Beweises nicht gehabt/ noch erlangen können/ noch Wissenschafft davon gehabt/ sondern solche anjetzo erst überkommen/ immassen ihm zu thun oblieget/ so würden sie damit nochmahls billig gehöret. V. R. W. NICOLAI *Proc. Judic. P. 1. c. 55. n.* 2. quæ sententia Term. hyem. 1704. ab eodem Senatu repetita est, prouti videre est præjudicium apud Dn. D. RIVIN. *tit. 24. en. 15. p. 961.* Mihi vero contraria placet opinio, quæ etiam in foro practice usitatior esse videtur, quia is, qui jurat, quod intra terminum probatorium de documentis nullam habuerit notitiam, præprimis si scientia, quæ tamen probanda est, non probatur, se etiam à culpa liberat; is enim, qui rem in mero facto consistentem ignorat, pro negligente æstimandus non est, ignorantia enim facti non imputatur, sed excusat *c. 12. de R. J. in 6to.* GAIL. 2. *obs. 48. n. 1.* & culpa non est, si quis id non fecerit, quod facere non potuit. GAIL. P. *1. Cons. 7. n. 24.* ad hæc nulla ratio subest, cur producens de re ipsi incognita sollicitus esse debeat, imprimis ubi lex silet, & à producente tantum postulat, ut juret, se intra terminum probatorium nullam

ha-

habuisse notitiam, O. P. S. *tit. 24. pr. in fin.* id quod O. P. S. R. *eod. tit. §. fin.* etiam confirmat. FIBIG. *in Proc. p. m. 243.* quam sententiam Scabini Lipsienses etiam amplexi sunt; vid. Dn. D. RIVIN. *tit. 24. en. 15.* CARPZ. *Proc. tit. 14. art. 1. n. 69.* sed notandum, quod ejusmodi instrumenta quandoque ne juramento quidem probentur & recipiantur, si sc. adversa pars offerentis scientiam probare velit, aut ille alias de perjurio sit suspectus; qui enim semel est malus, semper præsumitur esse malus in eodem genere delicti *C. 9. de R. J. in 6to* O. P. S. *tit. 24. §. 1.* plures limitationes, à MOLLERO ad sæpius *cit. Const. El. 16.* P. *1. n. 24. seqq.* distincte relatis, legendæ sunt.

§. XII.

Sæpius etiam contingit, ut tam actori, quam reo ad fundandam actionem exceptionemve suam documenta opus sint, quæ produci nequit, quia in possessione partis adversæ, vel tertii cujusdam sunt; ne itaque in probatione sua succumbat, beneficio editionis ei succurritur, quod in hoc consistit, ut documenta, quæ quis sibi edi desiderat, penes adversarium vero, vel tertium extare præsumuntur, exhibeantur; quorum editioni is quoque subducere se nequit, CARPZ. *Proc. tit. 14. art. 4. n. 1.* in tantum, ut nequidem personæ illustres ab editione vel juramenti præstatione sint immunes, cum jura civilia & Saxonica hoc casu inter personas haud distinguant, uti pronunciavit Senatus Appellationum Dresdensis in causa Herrn Hugo von Schönburg, Beklagten eines, contra Helenen Pflugin, Klägerin andern Theils, *Term. Trinit. 1644.* NICOLAI *Proc. P. 1. C. 51. n. 8. p. m. 374.* Et nota-

tatu dignum est, quod tam reus ab actore, quam actor à reo editionem documentorum indistincte petere possit *O. P. S. R. tit. 26. §. 1.* quin actor reo instrumenta edere cogatur, nullum est dubium, quia partes defensionis favorabiliores sunt *l. 125. ff. de R. J.* nostris vero temporibus, uti jam monitum, res etiam decisa est, quod reus actori indistincte instrumenta edere teneatur per *O. P. S. R. c. l.* quia actor ratione replicæ etiam reus est, adeoque ei nec à reo ad probandam illam, deneganda, etiam cum pars libelli est, quia nihilominus in se & sua natura manet replica, cujus respectu reus est, per ea, quæ tradit Dn. D. BERGER. *El. Disc. For. tit. 26. obs. 1. n. 1. 2.* JOANN. EMERIC. à ROSBACH. *Proc. judic. tit. 36. n. 14. p. m. 208.* maxime si sint communia; pro communibus vero non tantum illa habentur, quæ ad alium ratione proprietatis & usus pertinent; sed etiam illa, ex quibus alter certum commodum aut interesse captare potest, O. P. S. R. *tit. 26. §. 1.* probe tamen observare tenetur, ut sub pœna privationis tenorem illorum documentorum unacum ipsis articulis inducat, O. P. S. R. *c. l.* judicemque petat, ut illam partem, à quo editio postulatur, ad edendum adstringat, quia vero possessio illa facti est; hinc sufficientibus ad minimum præsumtionibus illam demonstrare tenetur, vid. Dn. D. RIVIN. *tit. 26. en. 17. p. 1046.* quænam vero habeantur sufficientes arbitrio judicis prudentis relictum est; quia judici probatio fit. vid. CARPZ. *Proc. tit. 14. art. 4. n. 9.* Opus tamen non est, ut inquisitio ulla in præsumtiones instituatur, si adversæ parti juramentum super editionem delatum sit; quod tuto & pro lubitu

deferentis fieri poteſt, etiam ſi nulla adſit præſumtio vel indicium, quod documenta in poſſeſſione partis adverſæ reperiantur, deferens tamen hoc caſu juramentum de calumnia prius præſtare tenetur O. P. S. *tit. 26. §. 2.* verb. Es wolle dann der. Juramentum enim calumniæ à deferente præſtandum, ſemper defectum præſumtionis ſupplet, quia is, qui jurat, ſe non calumnioſe jusjurandum deferre, hoc ipſo ſatis conteſtatur, ſe certo perſuaſum eſſe, documenta petita penes partem adverſam reperiri. CARPZ. *tit. 14. a. 4. n. 14.*

§. XIII.

Fit autem editio ſumtibus petentis MEV. *P. 6. Dec. 211.* & quia fatale oblationis in totum abrogatum eſt O. P. S. R. *tit. 18. §. 7.* hinc opus non eſt, ut is, qui juramentum editionis præſtare debet, intra octiduam ſe offerat, ſed judex terminum, integrum ſpatium in ſe continentem, ad jurandum, vel ad inſtantiam partis, vel ex officio præfigit, ſi ſententia, in qua juramenti præſtatio injuncta eſt, vires rei judicatæ ſit conſecuta O. P. S. R. *c. l.* Citatio vero ad edendum documentum alternative concipitur, daß er ſelbige ohne Wiederrede ediren/ oder daß er ſolche nicht habe/ noch gefährlicher Weiſe von abhänden kommen laſſen/ auch nicht wiſſe/ wo ſelbige ſonſt anzutreffen/ ſchweren/ O. P. S. R. *tit. 26. §. 2.* emiſſa itaque hac citatione, is à quo editio petita, edere, aut ſi neget, jurare ſecundum præſcriptum modum tenetur, NICOL. Proc. P. *1. c. 51. n. 8. p. m. 374.* FIBIG. Proc. P. *1. c. 2. p. m. 248.* CARPZ. Proc. *tit. 14. art. 4. n. 71. ſeqq.* Tergiverſante vero, vel emanente edere, vel jurare juſſo, producens, prævia contumaciæ accuſatione,

ne, petit, ut documenta illa de quibus copiæ articulis annexæ & originalis editio urgetur, pro editis & recognitis habeantur, sin nullum exemplar in actis reperitur & tenor, seu contenta saltem articulis illius comprehenditur, petere debet, ut contenta articulorum pro concessis habeantur, O. P. S. R. *tit. 26. §. 2.* liberare vero ab editionis juramento se quis potest, si documentorum copias pro originalibus recognoscat, aut mandatarius, speciali mandato ad hoc instructus sit. O. P. S. *tit. 7. §. 2.* nisi plures correi litis sint, & ab uno certi alicujus documenti editio, illiusque recognitio ab omnibus exacta fuerit; tunc enim cum producens, respectu reliquorum correorum, originali opus habeat, quo & illis ad recognoscendum id proponi possit, præstandum ad hoc juramentum ab illo erit, teste Dn. D. BARTH. *in Hodeg. For. Civ. & Crim. p. m. 156. ibique præjudicium, memoratu dignum etiam est*, quod juramentum illud referri nequeat O. P. S. *tit. 26. §. 2.* neque admittatur defensio pro exoneranda conscientia, nec exhibitio omnium documentorum, quæ penes se habet, ad inspiciendum & perlustrandum, O. P. S. R. *cit. tit. §. 2.*

§. XIV.

Si tertius documenta possideat, producens vero illa desiderat, intra spatium Saxonicum exhibere tenetur, modo sufficientibus præsumtionibus possessionem demonstraverit, quo facto judex, ad instantiam producentis, pro diversitate jurisdictionis, cui tertius subest, absque inrotulatione & dimissione actorum & desuper lata sententia compulsoriales, vel requisitoriales,

illæ

illæ si sit subditus, hæ vero si tertius hic jurisdictioni alienæ subest, expedit atque emittit. O. P. S. R. *tit. 26. §. fin.* petere autem omnino tenetur, ut compulsoriales, vel requisitoriales ipsi darentur, quia petitio in O. P. S. *tit. 26. princ.* pro forma requiritur in tantum, ut petitione compulsorialium omissa jus probandi perdatur. NICOL. *Proc.* P. *1. c. 50. n. 6. p. m. 365.* Etsi quidem, ejusmodi literæ requisitoriales in lingua vernacula requirentis concipi soleant, non numquam tamen, si requisitus illius linguæ sit ignarus, alio quoque vel requisiti proprio, vel tertio utrique Communi idiomate concipienda sunt, uti testatur & præjudicium affert. Dn. D. BARTH. *in Hodeg. For. Civ. & Crim. p. m. 158.* Si editionem recuset nullamque justam recusationis rationem habeat, mulctatur 5. vel 10. th. O. P. S. R. *tit. 26. §. fin.* quæ mulcta multiplicatur, quin & quandoque ultimo in carceratione ad hoc adigitur, teste BARTH. *c. l. p. m. 156.* ibique videre est præjudicium; si vero in termino compareat, possessionem autem neget, jurare tenetur, se documenta illa non habere, nec dolo malo se habere desiisse, quod nec sciat in quorum manibus de præsenti documenta reperiantur. O. P. S. R. *c. l.*

§. XV.

Editione facta producens illa producit, recognitionemque à parte adversa exigit, opus tamen non est, ut, si producens sententiæ, in qua productio ipsi injuncta est, satisfecit documentaque produxit, denuo producat. Nam ea non amittit, licet productionem denuo non fecerit, & in subsequenti termino emaneat,

quia

quia sufficit semel esse producta argumento eorum quæ habet RIVIN. *in Enunciatis juris ad* O. P. S. *tit. 20. en. 63. p. 805.* Tantum enim abest, ut is, qui semel sententiæ paruit, illique in producendis documentis satisfecit, tacite illis renunciasset, quia non denuo produxerit, adeoque illis privandus, ut potius productio semel facta valeat & pro recognitis habeantur, quem casum egregie ventilavit summaque cum laude ad finem perduxit, Vir Consultissimus atque in rebus practicis versatissimus Dn. JACOBUS FISCHER, vitricus atque promotor meus plus quam filiali & incorrupto amore æternum complectendus atque devenerandus, cum partes Actoris D. Albhardts contra die Gewercken des Eißlebischen Berg-Amtes defenderet & Scabini Lipsienses *M. Septembr. 1725.* ad requisitionem des Berg-Amtes pronunciarunt, das Bekl. Suchen nicht statt hat, sondern es ist das Documentum in act. sub ♀ nunmehro pro recognito zu achten; rationes decidendi hæ fuerunt: Ob wohl Bekl. in den Gedancken stehet, es habe Kl. das bey seiner Bescheinigung ehemahls inducirte Document entweder tacite fallen lassen, in dem er dessen weder damahls, als er zur recognition derer übrigen beyden sub ♀ & ♃ fol. 189. vol. 2. Termin ausgewürcket, noch in der hierauff angesetzten Tagefarth, fol. 210. & fol. 240. Erwehnung gethan, oder in Ansehung, daß in den Rechtskräfftigen Urthel fol. 274. Bekl. in seiner Gegenbescheinigung eine gewisse Frist gesetzet, also die Bescheinigung vor absolviret geachtet worden, sich daran verabsäumet: Dieweil aber dennoch Kl. bemeldetes Document intra fatale bey seiner Bescheini-

gung

gung gehörig induciret, auch auf dessen recognition fol. 49. vol. 2. Rechtskräfftig erkennt, und wann er gleich, ferner um dessen recognition, und Anberaumung eines Termins hierzu anzusuchen unterlassen, daraus sofort weder eine facta renunciatio, noch desertio desselben zu behaupten. Allermassen die fernerweitige production an kein fatale gebunden, sondern auch nach vollführter Bescheinigung füglich geschehen mag; solchen nach Bekl. nach dem er zu dessen recognition nach Anleitung der Erläut. und verbess. Churfürstl. Sächß. Process-Ordnung sub pœna recogniti vorgeladen gewesen, solche wenigsten erhaltene Communication, ihren effect erreichet, im übrigen obangezogene Umstände dergestalt beschaffen, daß solche denselben die Erstattung des Termins-Kosten zu statten kommen müssen, zumahlen durch die verweigerte recognition Kl. ein mehrer Aufwand nicht gemachet wird; So ist von uns, gesprochner massen, billig erkannt. Reus quidem sententiam hanc à viribus rei judicatæ leuterando suspendebat; Verum enim vero cum reformatoriam expectabat a Suprema Curia provinciali & Scabinis Witteberg. M. Jan. 1726. confirmatoria hisce ex rationibus decidendi secuta est:

Wenn gleich Bekl. mit den fol. 301. vol. 12. gegebenen rationibus nicht zu frieden seyn will, und darwider urgiret, daß diejenige doctrin, als ob die fernerweitige production eines Documents an kein fatale gebunden, sondern auch nach vollführter Bescheinigung ferner geschehen könne, in Rechten nicht gegründet, massen sonsten finis litium nicht zu hoffen; Nachdem aber Kl. das streitige Document sub ♀ intra fatale gebührend indu-

induciret, und auf die recognition fol. 49. v. 2. Rechts-kräfftig erkanndt. So haben wir voriges Urthel, absque decreta tamen refusione expensarum, weil Bekl. einen andern Schein vorzuwenden vermocht, nicht unbillig confirmiret,

Licet à duobus judiciis res jam decisa esset, reus tamen in his acquiescere nolebat, hinc tertiam expectare cupiebat, & per modum appellationis res ad Supremam Præfecturam Comitatus Mannsfeldici deveniebat, ast pejore cum successu, nam rejecta appellatione reus quoque expensas retardati processus actori refundere tenebatur, prouti pronunciavit Facultas Juridica Lipsiensis M. Aprilis, 1727. hisce ex rationibus decidendi: Obwohl Appellant anführen, daß das Urthel fol. 149. vol. 2. erster Instans in sensu legali, derstalt, wenn ein Document zu rechter Zeit ad recognoscendum produciret worden, zu verstehen, da hingegen Appellat daß Document sub ♀ worüber genug Appellantens Gegenbescheinigung nicht zum Vorschein gebracht, und nach derselben dasjenige, so bey der Bescheinigung geschehen sollen, weiter nichts vorgenommen werden könte, besagtes Document auch weder vormahls, nach bey den Rechten verfahren, auf welches das Urthel fol. act. 300. erfolget nach Appellatens eigenen Geständnüß à fol. 309. biß 319. und des Judicis Attestat fol. 306. Appellanten zur würcklichen recognition vorgeleget worden, und kein Document, welches Gegentheil in originali nicht produciret, ordentlicher Weise in contumaciam pro recognito zu achten. Dennoch aber und dieweil in dem zur recognition das annoch

rückständige Document sub ♀ anberaumten Termin Appellat dasselbe fol. 287. in actis primæ instantiæ produciret, und daß es in originali geschehen, bevorab da Appellanten fol. 289. seqq. desfalls nichts erinnert, die Vermuthung vor sich hat, die angezogenen folia auch weder von Appellantens Geständnüsse noch einen gerichtl. Attestato, dessen was Appellant fol. 134. in actis I. Instant. vorgegeben, etwas in sich halten, darauf nicht zu sehen vielmehr die vorige Sentens zu confirmiren, und Appellant wegen verzögerten Processus in die Unkosten dieses Termins zu ertheilen gewesen; So ist von uns, gesprochen massen, billig erkandt.

§. XVI.

Productione facta reus documenta aut recognoscere aut diffiteri tenetur, si recognoscit confitetur & agnoscit documentum eaque, quæ in eo continentur, *l. 56. ff. de V. S.* & fit recognitio vel generaliter, quando documenta pro iis habentur, pro quibus adversa pars ea haberi voluit, Dn. D. RIVIN. *Tit. 25. en. 15.* vel specialiter quando contenta, manum, sigillum, annum & diem juxta sententiam producentis recognoscuntur v. g. Beklagter will das Document sub A. vor einen, unterm dato N. d. 10. Novembr. 1727. an Kl. geschriebenen Brief darinne er sich als debitor bekennet, recognosciret haben, FIBIG. *Proc. P. 1. c. 2. p. m. 243.* BERGER. *El. Diss. For. p. 765.* vel generalissime, quando dicit, se recognoscere documentum sub Lit. A. B. Bekl. wolle das document sub A. & B. recognosciret haben, unusquisque autem intelligit, hanc recognitionem nimis vagam, adeoque nullius loco habendam esse, hinc à Facultate

Juri-

Juridica Witteberg. Menſ. Jul. 1711. rejecta fuit. v. BERG. *Oecon. Jur. p. 1073.* Fit autem recognitio ſalvis exceptionibus, quibus non privatur, licet ſibi exceptiones non reſervaverit, aut ſpecifice id non expreſſerit. O.P.S.R. *Tit. 25. §. 3.* vitia tamen vel extrinſeca, vel intrinſeca ſtatim indicanda ſunt, O.P.S. *Tit. 25. §. 1.* & regulariter in loco judicii peragendum, in quo cauſa ventilatur, bona tamen fide, ita, ut poſtquam debitor legerit, dicat, ſe recognoſcere illam ſcripturam & ſigillum pro ſua manu atque ſigillo & inſtrumentum illud pro ſua obligatione; id quod oretenus, non vero in ſcriptis fieri debet, Dn. D. RIVIN. *Tit. 25. en. 16.* CARPZ. *Proc. Tit. 14. art. 2. n. 61. 76.* Aliquando tamen juſta ex cauſa vel in domo recognoſcentis, vel in loco domicilii producentis recognitio peragi poteſt. BERL. *P. 1. conc. 44. n. 4. ſeqq.* FIBIG. *Proc. P. c. 2. p. m. 253.* illo caſu notarius vel actuarius juſſu judicis ad illorum ædes, qui recognitionem domi poſtulant, mittitur, ſumptibus tamen illorum, qui talem poſtulant miſſionem CARPZ. *Proc. Tit. 14. art. 2. n. 85.* Hoc vero caſu hic adverſario expenſas ad conſtituendum procuratorem neceſſarias ſubminiſtrare debet, CARPZ. *P. 1. Conſt. El. 17. d. 17.* idem *in Proc. c. l. n. 80.* BERL. *P. 1. concl. 46. n. 4.*

§. XVII.

Cenſetur autem documentorum recognitio tam neceſſaria, ut licet producens illam expreſſe non petierit, omittenda tamen non eſt; ſed judex ex officio recognitionem parti adverſæ eam injungere debet, quia producens hoc ipſo productionis actu recognitionem petere videtur, CARPZ. *Proc. tit. 14. art. 2. n. 12. ſeqq.*

modo aliquid contra recognoſcentem probant. O. P. S. *tit.* 25. *§.* 2. alias nemo recognitione onerandus NICOL. *in Proc. P.* 1. *c.* 53. *n.* 3. & omne inſtrumentum ſive ſit publicum ſive privatum, ſive proprium, ſive alienum, ſive originale, ſive vidimatum in foro Saxonico absque recognitione nihil probat, BERL. *P.* 1. *concl.* 44. *n.* 31. *in fin.* O. P. S. *tit.* 25. *pr.* FIBIG. *Proc. P.* 1. *c.* 2. *p. m.* 251. Fieri enim poteſt, ut producens falſa inſtrumenta, adulterina ſigilla, fictitiasque ſubſcriptiones ſub alterius nomine ſupponat, aſt iniquum foret, producentem ſua malitia *magnum* lucrum cum alterius jactura reportare, hinc ut recognitio præcedat neceſſe eſt, *l.* 56. *ff. de V. S. l.* 15. *§.* 1. *de reb. autor. jud. poſſidend.* alias enim adverſarius non tenebitur, quia is, qui recognoſcit contenta fatetur, confeſſio autem vim probationis habet & confeſſus habetur pro judicato *l.* 1. *&* 2. *ff. de confeſſ.* CARPZ. *P.* 1. *Conſt.* 17. *d.* 12. *&* 20. porro neceſſitas hæc exinde etiam patet, quod documentum ſc. privatum, licet in eo recognitioni ſit renunciatum, nihilominus recognoſcendum ſit, RIVIN. *tit.* 25. *en.* 7. *p.* 972. quia ſcriptura privata nunquam plenam fidem contra ſcribentem facit *l.* 11. *C. qui pot. in pign. c.* 2. *X. de fide inſtrum.* niſi ipſe cauſas ſpecialiter explanaverit pro quibus eandem conſcripſit, tunc enim ſtare oportet ſuæ confeſſioni *l.* 25. *§.* 4. *ff. de probat.* & regula illa, quemlibet juri ſuo renunciare poſſe, parum hic valet, quia is, qui documentum recognoſcere tenetur, libertatem habet diffitendi, quæ libertas vero ipſi in privatis documentis hoc modo adimeretur. RIVIN. *c. l.* & quis non animadvertit fraudem, qua debitor circum-

cum-

cumveniretur, cum fallax Creditor eadem facilitate ac dolo, qua ipsam scripturam falsam pingit renunciationem recognitionis addere potest, quam Sententiam Serenissimus Elector Saxoniæ in O. P. S. R. *tit. 25. §. 3.* confirmavit.

§. XVIII.

Necessitas vero hæc de jure communi temperatur, siquidem jus illud commune præter scripturas privatas *l. 20. C. de fid. instr. Nov. 73. c. 1.* nullibi instrumentorum recognitionem expressis verbis injungit, CARPZ. *Proc. tit. 14. art. 2. n. 9.* quod nostris temporibus secutus est Serenissimus Elector Saxoniæ constituens, quod acta vel instrumenta publica super aliquo actu in judicio confecta, vel à partibus contrahentibus prolata & deinde confirmata, vel actis publicis inserta, quæ plenam fidem per se facere dicantur, *l. 11. C. quæ potior. in pign. Nov. 73. c. 8.* vel etiam documenta in judicio jamjam recognita recognitione non indigerent, licet coram tertio, vel alia in causa, vel coram judice quoque in competente recognitio facta sit, O. P. S. R. *tit. 25. §. 2.* ad quæ ratione ejusdem effectus, merito referanda sunt à testibus subscripta, qui subscriptionem in judicio jurato recognoverunt *l. 9. C. de testib. C. 5. X. eod. c. 51. X. eod.* requiritur tamen, ut ad minimum duo testes, omni exceptione majores, in subscriptione documenti fuerit præsentes, vel qui ab ipso producto audiverunt, istum documentum productum agnovisse, contra quos tam quoad personas, quam quoad marita causæ producto interrogatoria conficere illaque perhibere permissum est. O. P. S. R. *tit. 25. §. 5.* quo casu recognitio debito-

ris

ris opus non eſt, non tam quia ſuſpitio fraudis atque erroris ceſſat, ſed etiam, quia aſſertioni teſtium æque ac ipſius debitoris, fides habenda eſt, teſtes enim arguunt veritatem negotii, quod inter contrahentes actum eſt, quare nec ſcriptura tunc quicquid probat, ſed contentum in ea ſcriptura per teſtes probatur, hinc recognitio producti neceſſaria non eſt, ſed documenta habentur pro recognitis; dubio quidem hoc caret, quin parti adverſæ permittendam ſit, interrogatoria tam ſpecialia, quam generalia proponere, modo illa ſaltem manus & ſigilla, & ita externam ſaltem formam concernunt. O. P. S. *tit. 25. §. ult.*

§. XIX.

Eadem ferme ratio eſt in productione documentorum impertinentium, ad quæ referuntur, Libellus, litis conteſtatio, literæ dilatoriæ, articuli probatoriales, teſtium rotuli, leges publicæ, reſponſa & ſic alia, quæ, licet recognoſcuntur, attamen non probant O. P. S. R. *tit. 25. §. 2.* vel ſi documentum referens absque relato producitur; quemadmodum enim copia ſine originali producta, nihil probat, quia ad exemplaria nihil expediendum eſt, niſi producatur ſcriptura originalis *l. 7. & Auth. ſi quis in aliquo C. de edendi C. 1. X. de fid. inſtrum.* ita nec narrationi in eo cotentæ MYNSING. *Cent. 6. obſ. 73. ſeqq.* MOLLER. *P. 1. Conſt. El. 17. n. 5.* atque ita, quod non probat recognoſcendum non eſt, quia nemo ſuperfacua probatione, ita nec inani recognitione gravari debet, CARPZ. *P. 1. Conſt. El. 17. d. 25. n. 3.* & licet recognoſceret, recognitio tamen eſſet actus fruſtraneus, O. P. S. *tit. 25. §. 2.* ex quo producens nullum commodum

dum captaret, quia producens nihilominus in probatione sua succumberet, instrumentum enim referens sine relati productione nihil probat *Auth. si quis in aliquo C. de Edend.* præprimis si relatum vitio quodam evidenti, s. visibili laboret, ut productum non probaret, licet referens integrum sit, omnique defectu careret; Attamen defectus ille neutiquam per instrumentum referens sanari potest. MOLLER. *ad Const. El. 17. n. 5.* Vitia autem evidentia sunt vel intrinseca, vel extrinseca, hæc oriuntur, v. g. ex super lineatura in partibus essentialibus facta *C. 8. de relig. Domib.* veluti si debitor nudam obligationem Creditori dedisset, Creditor vero adscripsisset, debitorem secundum jus cambiale ex soluturum esse; vel si summa debendi esset correcta; falsum autem in parte facit, totum præsumi falsum, MASCARD. *de Probat. Concl. 743.* & quæ falsa sunt probandi virtutem perdunt; Scriptura quoque tam rasa & correcta, ut legi non possit, adeoque intelligi nequeat *l. 1. ff. de his quæ in testam. delent.* recognoscenda non est, quod etiam obtinet in scriptura recentiori in charta vetutissima, qua quasi negotium olim perscriptum videretur, *c. 6. X. de fid. instrum.* NICOL. *in Proc. P. 1. C. 53. n. 15. seqq. pag. 386.* ibique plura; Intrinsecum autem vitium est, veluti si scripturæ producantur variæ, apertè sibi contrariæ nihil valent *l. 57. ff. de Obl. & Act. l. 6. princ. ff. de offic. præs.* unde multo minus scripturæ diversæ, fidem invicem sibi derogantes, firmitatem quandam habent. *l. 14. C. de fid. instrum. l. 185. ff. de R. J. l. 188. ff. eod.* vel si is, qui instrumento utitur, antea id falsum esse confessus sit, neque eo se

mentum pro recognito, salvis tamen exceptionibus, habetur O. P. S. R. *tit.* 25. §. 3.

§. XXI.

In arbitrio tamen producti consistit, an instrumentum productum recognoscere, an vero, si rationes conscientiæ admittant, jurato diffiteri malit. O. P. S. *tit.* 25. §. 2. licet forte in sententia solius recognitionis facta fuerit mentio, quia isthæc virtualiter juxta legem, quæ alternationem introduxit, est intelligenda O. P. S. R. *tit.* 25. §. 4. Non autem per procuratorem, aut mandatarium, diffessio fieri potest, licet speciali mandato instructus sit, sed principalis ipse jurare tenetur O. P. S. R. *c. l.* partim quia quodvis jusjurandum conscientiam obstringit, adeoque est personalissimum quid, quod per procuratorem, aut mandatarium fieri non potest; hic enim de vitando perjurio tam bene, quam principalis ipse admoneri nequit, partim quoque propter manifestissima O. P. S. R. *c. l.* verba keinesweges per mandatarium, sondern von den Principal in Person geschehen muß; quibus omnino standum est. Si itaque recognitionem diffessione declinare cupit, ad jurandum se offert, quo facto, absque sententia interlocutoria admittitur, & brevis terminus 8. vel 14. dies in se continens præfigitur, O. P. S. R. *tit.* 25. §. 4. & *tit.* 18. §. 7. & considerandum est an sint publica, an vero privata; illa diffessionem non admittunt ob manifestissima O. P. S. R. *tit. cit.* §. 2. verba, hæc vero diffiteri possunt; observet tamen productus, an juramentum præstandum sit super documentis propriis, an vero super alienis; in propriis documentis jurandum est de veritate in alienis

 vero

vero de credulitate. Formula utriusque juramenti præscripta est. O.P.S.R. *tit. 25. §. 4.*

§. XXII.

Licet regulariter persona saltem principalis, uti supra dixi, admittitur, quia jusjurandum est personalissimum quid; attamen ad Tutores neutiquam extendendum est, utpote hi in causis pupillorum non tantum admittuntur, sed etiam non nunquam ad ejus præstationem coguntur, si pupilli nomine agant vel in judicio defendant, CARPZ. *Proc. tit. 14. art. 3. n. 43* præcipue subtrahere se nequit, si ipse juramentum detulit, pars vero adversa hoc ipsi retulit; quo casu pro diversitate casuum vel de calumnia, vel etiam relatum præstare tenentur, O.P. S.R. *tit. 18. §. 4.* plerumque tamen de credulitate, vel de ipsa ignorantia, quod nullam habeant notitiam, saltem jurant, CARPZ. *Proc. tit. 14. art. 3. n. 45.* & *tit. 12. art. 5. a. 37. seqq.* Interdum tamen de veritate etiam jurare debent, O.P.S.R. *tit. 18. §. 4.* veluti si constet, se illo tempore fuisse præsentem, quo actus ille est celebratus; vel si tutor exactiorem notitiam, quam ipsemet pupillus habet; ne itaque causa usque ad annos pubertatis suspendatur, lisque abbreviaretur, necessum est, ut ipse tutor juramentum præstet, CARPZ. *Proc. tit. 14. art. 3. n. 44.* arbitrio tamen judicis est relictum, si singulares causæ adsint, ut juramentum à pupillo præstari debeat, tunc usque ad annos pubertatis præstatio differt O.P.S.R. *tit. 18. §. 4.*

§. XXIII.

Nonnunquam productus suspitionem falsi in documento producto deprehendit, ob quam documentum

tum plene h. e. non solum quoad subscriptionem, sed etiam quoad contenta recognoscere potest, sed contenta diffiteri, subscriptionem vero recognoscere malit, hinc licitum ipsi est, veritate suffragante, ut subscriptionem recognoscat, contenta vero diffiteatur O.P.S.R. *tit. 25. §. 6.* Nam qui ex parte saltem recognoscit ille officio injuncto non satisfacit, sed, qui partem recognoscit, partam diffitetur, is totum implet officium. Verum hæc assertio & negatio nuda hic non sufficit, sed jurisjurandi religione fateri tenetur contenta documenti producti contra intentionem suam sibique ignaro extensa fuisse, O.P.S.R. *c. l.* distinguendum tamen est uti in omnibus documentis diffitendis, ita & hic, an sit propria, an vero aliena manus; num quoties instrumentum aliena manu exaratum diffitendum, toties juramentum credulitatis sufficit, CARPZ. *Proc. tit. 12. art. 5. n. 29.* diffessio tamen hæc, quoad contenta neutiquam de processu executivo intelligenda est, in quo hæc locum non habet. O.P.S.R. *in append. p. 305. §. 9.* Aliter vero se res habet, si fatetur, se documentum extensum, absque habita per lectione, subscripsisse, quo casu neutiquam juramento admittitur, sed si documentum ad fundandam probationem productum est, exceptiones in reprobatione deducendæ sunt, si vero apud reprobationem producuntur singularis deductio opus est. O.P.S.R. *tit. 25. §. 6.*

§. XXIV.

Ex supra dictis liquet, quod productus documentum productum aut recognoscere aut diffiteri possit ac debeat; restat vero id dubii an is, qui jurato diffiteri te-

netur juramentum illud adversario referre possit? id quod negat CARPZ. *tit. 12. art. 5. n. 42.* MARTIN. *ad O. P. S. tit. 25. §. 4. n. 9.* quia hoc juramentum judex, non vero pars adversa ex consuetudine & Constitutionibus provincialibus defert. O. P. S. *tit. 25. §. 3.* adeoque juramentum legale est, qualia juramenta referri non possunt. *l. 12. §. 1. & 2. C. de reb. cred. c. 36. X. de jurejur.* cui accedit, quod is, qui recognitionem recusat, per diffessionem probationem quasi contrariam in se suscipiat, demonstrare enim intendit, quod documentum illud contra ipsum productum, nihil probet, probatio autem hæc aliter fieri nequit, quam diffessione, propter verba O. P. S. *tit. 25. §. 2.* disjunctiva, & ex adductis rationibus liquet, quod adversa pars juramentum calumniæ a parte producente exigere nequeat, utpote quod tantum locum habet in juramento judiciali, si pars parti juramentum defert *l. 34. §. 4. ff. de jurejur.* CARPZ. *P. 1. c. 12. d. 27. n. 2. seqq.* O. P. S. *tit. 18. §. 7.* denique quoque notandum, quod is, qui jurare jussus conscientiam probationibus sublevare nequeat, & si defensionem istam pro exoneranda conscientia in se suscipere offert, neutiquam audiendus, quia negativa difficulter probari potest *l. 10. C. de non numer. pecun.* & in probationibus ordinariis, quæ documentis perficiuntur, eorundem recognitio, vel jurata diffessio exigitur hinc tertium sc. probationis genus non admittitur; processus enim novum gigneret processum, adeoque finis litium non tam subito sperandus esset, CARPZ. *Proc. tit. 12. art. 5. n. 47. seqq.* quod tamen vult *l. 10. C. de transact. & l. 13. C. de judiciis;* de cætero, quin in aliis

jura-


juramentis legalibus defensio pro exoneranda conscientia admittatur, testatur O. P. S. *tit. 19.* CARPZ. *P. 1. C. El. 14. d. 20.* ad præsentem vero casum nemo recte argumentetur, cum vicissim in aliis juramentis legalibus v. g. editionis instrumentorum O. P. S. R. *tit. 26. §. 2.* cesset, hinc constet, quod ab ipso reo cui id à judice delatum, præcise præstandum sit.

§. XXV.

Diffessio jurata, uti vel recusata, vel suscepta varios producit effectus, quando ex justa causa abnuitur, puta, si documenta nihil probaverint, nemo enim recognitione, vel diffessione jurata documentorum irrelevantium, quæ contra ipsum nihil probant, gravari debet, O. P. S. *tit. 25. §. 2.* CARPZ. *L. 3. Resp. 81. n. 13.* Reus quoque liberatur à necessitate recognoscendi, quandoque plane absolvitur; quod si vero nulla justa causa adsit, reus tamen detrectat, causa cadit & documenta habentur pro recognitis, sine ulla antecedente comminatoria, salvis tamen exceptionibus, quia ab initio statim partes sub præjudicio & comminatione citatantur, O. P. S. R. *tit. 4. §. 1. & tit. 25. §. 3.* Quando vero jurata diffessio est præstita, tunc, quemadmodum litis contestationis affirmativæ loco est recognitio atque confessionis vim habet, cui omnino standum est *l. 25. §. f. ff. de re judicat.* CARPZ. *P. 1. Const. El. 17. d. 12. n. 8.* NICOL. *Proc. Judic. P. 1. C. 53. n. 11.* nisi exceptiones fuerint oppositæ, quæ tamen in continenti liquidæ esse debent. R. G. *de anno 1661. tit.* von *Justitien*-Sachen *n. 2. 3.* O. P. S. R. *Tit. 39. §. 6.* ita quoque diffessio vim atque effectum habet litis contestationis negativæ & rem plane

plane illiquidam facit, ut processui executivo locus haud sit, MEV. *P. 3. Dec. 72. n. 7. seqq.* quia tunc instrumentum nihil probat, CARPZ. *L. 4. Resp. 9. n. 9.* sed reus, ac si ab actore nihil probatum est, absolvitur, &, licet deferens conqueri vellet, perjurium esse commissum, quod nova probatione deducere possit, attamen non audietur, quia causa jurejurando decisa perinde habetur ac si super ea transactum fuisset; transactio vero non minorem habet auctoritatem, quam res judicata *l. 2. ff. de jurejur. l. 20. C. de transact.* CARPZ. *Proc. tit. 11. art. 7. n. 44.* Negare non audeo, quod probatio contraria nimirum perjurii quandoque admittatur, præsertim si documentum illud, quod abjuratum est, non tam adeo clarum & liquidum, sed ad probandum adhuc ambiguum fuit, deinceps vero novum instrumentum clarius atque liquidius invenitur, ex quo veritas incontinenti elucescat & probatio perjurii evidens sit, CARPZ. *tit. 11. art. 7. n. 46.* vel si is, qui juravit deinceps confessus sit perjurium, BERL. *P. 1. cont. 25. n. 10.* Verum cum novus oriretur processus & perjurus omnimodo probationem illam perjurii difficilem atque ambiguam reddere conaretur, consultius foret, ut æquo animo damnum perceptum ferat & justissimo judici veritatis atque vindici sui nominis rem commendet.

TANTVM.



(o)

